UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

99. Ad Apostolatus nostri &c. Declaratio nullitatis cujusdam Edicti sub nomine Senatus in Civitate Taurinen. residentis in præjudicium Ecclesiasticæ libertatis, & Pontificiæ authoritatis nuper ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-74859

Visual Library

Innocentianæ, in Acie Campi Floræ, ac aliis locis ſolitis, & conſuetis Urbis per me Antonium Placentinum Apoſtolicum Curſorem.

Ludovicus Cappellus Mag. Curſ.

XCIX.

DECLARATIO

Nullitatis cujuſdam Edicti ſub nomine Senatus in Civitate Taurinen. reſidentis in præjudicium Eccleſiaſticæ libertatis, & Pontificiæ auctoritatis nuper promulgati, cum illius damnatione, revocatione, caſſatione, & abolitione.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proæmium ab edicto Senatus Taurinen.

AD Apoſtolatus noſtri notitiam, non ſine ingenti animi Noſtri mœrore, pervenit ſub nomine Senatus in Civitate Taurinen. reſidentis, ultra tot, tantaſque alias Eccleſiæ, ac Sedi Apoſtolicæ in illis partibus à Sæculari poteſtate illatis injurias, noviſſimè prodiiſſe quoddam Edictum Typis impreſſum, ac nomine Secretarii Ordinarii ejuſdem Senatus ſubſcriptum tenoris, qui ſequitur,

Tenor Edicti.

videlicet, *Il ſenato di S. M. in Torino ſedente. Il deſiderio, che hà ſempre avuto S. M. di mantenere la tranquillità nè ſuoi Stati, e di prevenire tutto ciò, che poteſſe turbala, vien'ad eccitar nuovamente la noſtra particolare attenzione, perche in viſta d'un fine sì ſalutare, & in conformità anche delli uſi già pratticati non ſi laſci eſeguire alcuna proviſione procedente da fuori Stato, ſia Bolla, Breve, ò altrà, ſenza che prima ci ſii preſentata, per accertarſi, ſe vi ſi contenga coſa alcuna contraria, ò pregiudiciale agl' Indulti, Prerogative, e Diritti, sì ſuoi, che della Corona, e de' Sudditi, ad effetto, che quelle di dette proviſioni, che non ſaranno ritrovate contrarie, ò pregiudiziali, come ſopra, abbino le loro prontaze ſpedita eſſecuzione: E per le altre all'oppoſto ſi poſſa provedere à quanto ſi conviene, e particolarmente per le procedenti da Roma avviſarne la M. S. per rappreſentare à Sua Santità, & quanto all'altre adoperare i mezzi opportuni; A qual fine per ſuo Regio viglietto delli 13. Guigno corrente, ci hà eſpreſſamente incaricati di far publicare il noſtro Manifeſto, acciò ſappia ogn'uno l'obbligo ſuo, com'anco di ſervirci de' mezzi della Podeſtà Economica, e Politica in odio de Contraventori ſecondo l'eſigenza de' caſi. In eſſecuzione di che ſi notifica ad ogni perſona di qualſivoglia grado, e condizione, niuna eſcluſa, nè riſervata, che chiunque averà ottenuto, ò verrà ad ottenere Bolle, Brevi, Reſcritti, ò altre proviſioni procedenti da fuori ſtato, non poſſa, nè debba farle eſſeguire, ſenza che prima ſiino ſtate preſentate per le cauſe ſovra eſpreſſe à queſto Senato, & dichiaratoſi dal medemo non aver coſa in contrario; Il che ſi farà dal Senato con ogni prontezza per tutte quelle di dette proviſioni, che non ſaranno contrarie agl' Indulti, Prerogative, e Diritti della Corona, e de' Sudetti, ò che non ſi ritroveranno eſſere ſtate ſurrettiziamente ottenute, e che in caſo contrario ne darà immediamente avviſo alla M. S. affine di rappreſſentare come ſopra à Sua Santità per le proviſioni di Roma, & adoperare quanto alle altre, i rimedii opportuni. Ammoniamo à tal effetto & eſortiamo tutti, e chiaſcheduno degl' Eccleſiaſtici, ed eſpreſſamente inibiamo à Secolari, Prefetti, Giudici, Podeſtà, Nodari, Segretarii, Sindici, e Conſiglieri de' Luoghi, e Communità, ed à chi ſia altro di non dare, nè permettere l'eſecuzione di dette proviſioni, meno eſſeguirle, autenticarle, ò altrimente prevalerſene, ſalvo che vedino la diſchiarubione ſudetta di queſto Senato, quale s'accorderà ſenza difficoltà, ritardo, nè ſpeſa alcuna sù la preſentazione, che ſarà fatta di dette proviſioni, da chi le averà impetrate, ò per parte d'eſſò; Dichiarando, che in caſo contrario ſi procederà in odio di tutti, e ciaſcheduni i Contraventori con li mezzi della Podeſtà Economica, e Politica, ò altrimente, sì, e come li caſi eſigeranno, e chè ſarà ſpediente per là tranquillità publica, & per l'eſatta oſſervanza degl'uſi predetti. Mandiamo perciò, ed eſpreſſamente commandiamo à detti Giudici, Podeſtà, Sindici, Conſiglieri, e Segretarii delle Communità di dar avviſo di dette contravenzioni, cioe quanto alla Provincia di Torino al Segretario Ordinario di queſto Magiſtrato, & quanto altre à reſpettivi Prefetti, quali Prefetti incarrichiamo d'eſſeguire gl' ordini Noſtri ſotto pena della privazione de' loro impieghi, incapacità d'averne altri, & di ſcudi cento d'oro al Fiſco di S. M. applicandi, quali pene incorreranno anche li Giudici, Podeſtà, Segretarii, e Nodari, e riſpetto à Sindici, e Conſeglieri, quella di ſcudi cinquanta d'oro, e del carcere per meſi trè, ed eziamdio altra maggiore arbitraria ſecondo i caſi riſpetto à tutti. Dichiarando la publicazione, ed affiſſione di queſto da farſi all' Albo Pretorio di caduna Città, Terre, e Luoghi valer, come ſe foſſe à cadauno perſonalmente eſeguita, & che alla copia ſtampata dallo Stampatore Regio ſe gli debba preſtare tanta fede, come al proprio Originale. Dat. in Torino li venti Giugno mille ſettecento diecinove: Per detto Eccellentiſſimo Reale Senato: Il Segretario Ordinario del Medemo: In Torino, ſtampato nella Stamparia Regia 1719.*

Idem Edictum, ut Eccleſiaſticæ libertatis, & Pontificiæ authoritatis læſivum, annullatur, reprobatur, & damnatur cum omnibus inde ſecutis, & ſecuturis.

§. 1. Cum autem nimiùm evidens ſit nec quiſquam inficiari valeat ex præfato Edicto, & in eo contentis graviſſimum Eccleſiaſticæ libertati, ac Pontificiæ noſtræ auctoritati vulnus infligi; adeoque illa à Nobis æquo animo ferri, aut diſſimulari minimè poſſe; Hinc eſt; quod Nos ex commiſſi Nobis divinitus Paſtoralis muneris debito, Eccleſiæ, atque hujus Sanctæ Sedis jura ab ejuſmodi ſcandaloſis auſibus, quantùm Nobis ex alto conceditur, ſarta, tectaque, atque illibata tueri, & conſervare, cupientes, omniumque, & ſingulorum, quæ ejuſdem Edicti, quod non alio, quàm illud penitus, & omninò damnandi, & reprobandi animo præſentibus inſerendum duximus, ſeu in eo contentorum occaſione quovis modo acta, & geſta fuerunt ſeriem, cauſas, & circumſtantias, etiam aggravantes, aliave quæcumque, etiam ſpecificam, & individuam mentionem, ac expreſſionem requirentia, præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & ſingillatim ſpecificatis habentes: Motu proprio, ac ex certâ ſcientiâ, & maturâ deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Edictum præinſertum, ac quæcumque in eo contenta, cum omnibus, & ſingulis indè ſecutis, & forſan quandocumque ſecuturis penitùs, & omninò nulla, irrita, invalida, injuſta, reprobata, damnata, inania, temeraria, & à non habentibus poteſtatem damnabiliter attentata, ac de facto præſumpta, nulliuſque omninò roboris, & momenti, vel efficaciæ eſſe, & ab initio fuiſſe, ac perpetuò fore, neque illa à quoquam obſervari poſſe, vel potuiſſe, adeòque nec ullum ſtatum facere, vel feciſſe, ſed perindè, ac ſi nunquam emanaſſent, nec facta fuiſſent, pro non extantibus, & non factis perpetuò itidem haberi debere, tenore præſentium declaramus: & nihilominùs ad majorem, & abundantiorem cautelam, & quatenùs opus ſit, illa omnia, & ſingula, prout etiam quæcumque alia præmiſſorum occaſione in præjudicium libertatis, & immunitatis, & juriſdictionis Eccleſiaſticæ, ſeu

Apoſ-

Anno 1719.

Apoſtolicæ auctoritatis quovis modo emanata, edita, acta, geſta & perpetrata, cum omnibus pariter indè ſecutis, & quandocumque ſecuturis, harum ſerie damnamus, reprobamus, revocamus, caſſamus, irritamus, annullamus, abolemus, viribuſque, & effectu penitùs, & omninò vacuamus, ac pro damnatis, reprobatis, revocatis, caſſatis, irritis, nullis, invalidis, & abolitis, viribuſque, & effectu penitùs, & omninò vacuis ſemper haberi volumus, & mandamus.

Cum decreto irritanti, & clauſulis conſuetis.

§. 2. Decernentes eaſdem præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo quod prædicti, & alii quicumque in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes cujuſvis ſtatus, gradus, ordinis, præeminentiæ, & dignitatis exiſtant, ſeu aliàs ſpecificâ, & individua mentione, & expreſſione digni, illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, cauſæque, propter quas præſentes emanarint ſufficienter adductæ, verificatæ, & juſtificatæ non fuerint, aut ex aliâ quâlibet, etiam quantumvis juridicâ, & privilegiatâ causâ, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauſo, nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel intereſſe habentium conſenſus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & ſubſtantiali, ac inexcogitato, & inexcogitabili, individuamque expreſſionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, invalidari, retractari, in controverſiam vocari, aut ad terminos juris reduci, ſeu adversùs illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, ſeu etiam motu, ſcientiâ, & poteſtatis plenitudine paribus conceſſo, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare ullo modo poſſe; Sed ipſas præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, inviolabiliter, & inconcuſsè obſervari; Sicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & præfatæ Sedis Nuncios, alioſve quoslibet quâcumque præeminentiâ, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublatâ eis, & eorum cuilibet quâvis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quâvis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtan. præmiſſis, ac Apoſtolicis, & in univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, & quatenus opus ſit, Noſtrâ, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regulâ de jure quæſito non tollendo; Legibus quoque etiam Imperialibus, & Municipalibus, nec non quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quâvis firmitate aliâ roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis præfatis, & aliis quibuſvis perſonis etiam ſpeciali mentione dignis, ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, etiam motu, ſcientia, & Poteſtatis plenitudine paribus, ac conſiſtorialiter, & aliàs quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, editis, factis, ac pluries iteratis, ac quantiſcunque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis.

Et derogatione omnibus contrariis.

§. 3. Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitùs omiſſo, & formâ in illis traditâ obſervatâ exprimerentur, & inſererentur, præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, & derogatum eſſe volumus, cœteriſque contrariis quibuſcumque.

Mandat affixionem præſentium literarum in Urbe omnes afficere debere, & fidem adhiberi tranſumptis.

§. 4. Cùm autem eædem præſentes literæ in ſupradictâ Civitate Taurinen., aliiſque locis Sæculari poteſtati earundem partium ſubjectis nequeant tutè publicari, ut hactenùs experientiâ compertum eſt, & Nobis notoriè conſtat, prout harum ſerie declaramus; volumus illas, ſeu earum exempla ad valvas Eccleſiæ Lateranenſis, ac Baſilicæ Principis Apoſtolorum, nec non Cancellariæ Apoſtolicæ, Curiæque Generalis in Monte Citatorio, & in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris eſt affigi, & publicari; Sicque publicatas, & affixas omnes, & ſingulos, quos illæ concernunt, perinde tractare, & afficere, ac ſi unicuique eorum nominatim, & perſonaliter intimatæ fuiſſent; utque ipſarum literarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſticâ dignitate conſtitutæ munitis eadem prorſus fides tam in Judicio, quàm extrà illud, ubique adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die xviii. Auguſti MDCCXIX. Pontificatus Noſtri Anno decimo nono.

F. Card. Oliverius.

Anno à Nativitate D. N. Jeſu Chriſti milleſimo ſeptingenteſimo decimonono, Indictione duodecima, die verò xxi. menſis Auguſti, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Clementis Divina Providentia Papæ XI. Anno ejus xix. ſupradictæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Eccleſiæ Lateranenſis, Baſilicæ Principis Apoſtolorum, Cancellariæ Apoſtolicæ, Magnæ Curiæ Innocentianæ, in Acie Campi Floræ, ac aliis locis ſolitis, & conſuetis Urbis per me Petrum Romolatium Apoſtolicum Curſorem.

Franciſcus Bartolotius Curſ. Magiſter.

C.

REVOCATIO

Suſpenſionis Cruciatæ Sanctæ in Regnis Hiſpaniarum pro Anno 1720.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium à Breve ſuſpenſionis, quod inſertum eſt ſupra numero 96.

Aliàs à Nobis emanarunt literæ in ſimili formâ Brevis tenoris, qui ſequitur, videlicet: Clemens Papa XI. Ad futuram rei memoriam. Romanus Pontifex æqui, bonique Supremus Aſſertor &c. Cùm autem, ſicut accepimus, Hiſpanicæ Nationis Populis longâ annorum ſerie aſſuetis gaudere Indulgentiis illis, aliiſque tam ſpiritualibus, quàm temporalibus gratiis, quæ olim ab hac Sancta, Sede ad certum tunc expreſſum tempus cla. mem.